



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Sanitas corporis, parag. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

venialiter peccaret, si alias spiritua-
les exhortationes exhiberet.

§. VI.

Sanitas Corporis.

I Non loquimur, quænam sa-
nitas requiratur, ad hoc, ut
ordinari quis rite valeat in Sacer-
dotem; id enim pertinet ad Tra-
stationem de Irregularitate; sed,
posito quod sit Sacerdos, quænam
necessaria sit, ut licite celebrari ab
ipso possit.

II. Illa requiritur, quæ non ob-
stat integritati, & reverentiæ sacri-
ficii. Hinc à Sacris Canonibus mor-
titandis excluduntur à munere sa-
cificandi patientes morbum cadu-
cum, dæmoniaci, capite læsi cæci,
digitis carentes, vomitu laborantes,
& similes; magna enim esset irreve-
rentia, vel relinqu propter hæc sa-
cificium imperfectum, vel inde-
sincer tractari.

III. Illæs

3 Illos ergo, qui morbo caduco,
vel simili, qui facile revertitur, verat-
tur, ita convalescere oportet, ut per
experienciam alicujus temporis re-
cuperatam salutem probent.

Pro Daemoniacis, aliqui a experi-
entiā anni de recuperata salute, ex-
poscunt; pro aliis & morbis, experi-
entiā triginta dierum. Sed textibus
bene perpensis, merito plerique c
oncludunt, ad Episcopum pertinet
iudicium, an aliquis liberatus sit
morbo, pensatis morbi, & personæ
conditionibus.

4 Idem Insuper ibidem do-
tant, laborantem morbo caduco, si
xaro, puta, semel in mense cadere
in terram solet, idque absque cla-
more, vel spumarum emissione,

vel

a Iuxta C. Communiter dist. 33.

b Iuxta C. Nuper 7 q. 2.

c Suarez, Sayr Repin. aliqui
apud Bonac. de Irregul. d. 7. q. 2. p. 2. 16th.
22.

vel horribili corporis agitatione,
posse celebrare, adjuncto socio Sa-
cerdote jejuno, qui possit, si fuerit o-
pus, perficere Sacrificium.

S Denique, qui lepra, vel simili
exteriori deformi morbo laborat, in
quo tamen non sit praedictum peri-
culum, sed solum quidam horror
stantium, non excluditur a omnino
ab Altari, sed prohibetur ne celebret
in publico.

S. De Lusco dixit. s. 3. n. 1.

§. VII.

*Mundissies corporis, & lotio ma-
nuum.*

*D*E his sufficit afferre, quæ
breviter notat Suarez. De-
cens. inquit ^a. b munditia corporalis à
Sacerdote Sacrificatuero adhibeatur,
quoniam recta ratio dicit, & ideo

juxta

a Shar. de Sacram. disp. 82. initio

b Suarez. de Sacr. disp. 82. in pro-
miso fine.